

stant opera Dei per fidem, quod fit in symbolo. Mandata eius exquirant per charitatem, in decalogo. Ponant in deo spem suam, per orationem dominicam ecce oratio dominica, symbolum, & præceptorum decalogus secundum tres virtutes theologicas. Tertio tenentur disciplinationem, & correctionem suis filiis, de quo plura Eccle. 30. Qui diligit filium, affidat ei flagella &c. Vide ibi multa ad propositum. De negligentibus correctionem filiorum, vide 1. Regum 2. & 4. de Heli. Item 2. Regum. decimotertio de David respectu Amnon, & Absalon. Nil enim ita attendunt filii sicut exempla patrum: Cauendum ergo est scandalum pusillorum Mat. 18.

Quid familia. Debent & familiae provisionem mercedis. Item eruditionem, ac oculi prohibitionem quæ extende, ut placet, ad ducendo autoritatem beati August. 19. de ciui. Dei. cap. 16. cum ait, Qui verè patres familias sunt, omnibus in familia sua tanquam filiis ad colendum, & promerendum Deum consulunt, desyderantes, atque optantes venire ad celestem domum, ubi necessarium non sit officium imperandi mortalibus. Quo donec veniatur, debent patres, quod dominantur, quam serui tolerare, quod seruiunt. Siquis autem in domo per in obedientiam domesticæ paci aduersatur, corripitur verbo, seu verberare, seu quolibet alio genere pene iusto, atque licito, quantum societas humana concedit pro eius, qui corripitur utilitate, ut paci vnde dissiilerat, coaptetur. Sicut enim non est beneficentiæ adiuan- do efficere, ut bonum, quod maius est, amittatur. Ita non est Innocentiæ parcendo sinere, ut in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum æmini malum inferre, verum etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum, ut in ipse, qui ple- statur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo. Hæc ille. Si ergo hoc verum est in genere de omni patre familia, quanto magis de coniuge respectu familiae iuxta? Studeant itaq; con-

iuges coniugaliter viuere, familiae suæ rectè præesse, prolem Deo educare &c.

DOMINICA II. POST OCT. Epiphaniæ. Sermo I.

in ordine. XIII

DOMINE si vis potes me mun- dare. Mat. 18.

Dominica priore ecclesia in De ma-
lectione sancti euangelii introduxit trimo-
Christum tanquam sponsum suam, qui nio spiri-
adhoc venit, ut naturam hominis per- tual.
ditam, & peccatis deformem mutaret, sibiq; in sponsam sanctificaret, sicut ait apostolus Eph. 5. Christus semetipsum tra. pro ec. ut illam san. mun. e. a. aqua in ver. vi. ut exhiberet ip. sibi glo. ec. nō ha. ma. neq; rugā. Hinc Io. 3. ait, Qui habet sponsam, sponfus est, & propheta. Tanquā sponfus pro de. t. suo. Ideo in carnalibus nuptiis vocari voluit, & signorū suorū, quibus se probauerat ecclesie sponsum, & saluatorē ibidem in i- tia exordiri, ut vult Bed. in ho. In hac autem dominica sequentē bonū matri- monii nobis cōmendatur fides. f. spon- sæ ad sponsum, hæc. n. quasi fundamen- tū cæterorū bonorū est, prolis. f. & sa- cramenti. Nam ubi fides deficit, proles certa esse non pōt, neq; sacramentum. i. indiuisibiltas, licet. n. vxori dimitte- re virum, & vxorem viro propter forni- cationē, sed non aliam ducere vtrisque viuuntibus. Mat. 19. & magister di. 35. quarti. & de duor. Significasti. Ita in spiritali matrimonio animæ, & Chri- sti fundamentum est fides, qua deficientes, nec spes fructificare, nec charitas po- terit vnire, imo neutri sine fide subsi- stere. Hanc autem fidem excellentem in duabus personis cōmendat. Centurio- ne, qui dominum vbiq; esse potētē co- gnouit. Et leprolo, qui sola voluntate eum saluare potuisse confessus est di. Domine &c.

Matrimonium spirituale, quo nos desponsari venerat, carnali matrimo- nio significatur expressius, propter qd matrimonium cætera sacramenta ex- cellit in significando non simpliciter,